Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

dei considerationem omnino peccatis insipiens est presumpcio
vana et caduca superbia

Hec via illorum qui sic agunt via perditionis que
similiter et dolorem suis actoribus faciat et postea quasi
stulti vt in ore suo sibi complacerent postquam votis nequis
sime dispositionis impleuerint in ore suo diuinitatis gratias
referunt qui ad suum velle ducti sunt tamquam assecuti essent
felicitatem hominis possibilem

Sed quid talibus in futuro erit propheta ordit dicens

Sicut oues ducte sunt ad ordinationem hoc ignoran
tes sic isti in infernum ponentur post mortem et diabolus
qui dicitur inferos deducet eos de pena ad penam

Iusti uero dominabuntur eorum s. malorum qui accipient
iudiciariam potestatem in die iudicii in quo dominus sua
claritate omnia que prius erant in nocte illustrabit et
auxilium eorum s. malorum qui habundabant ab amicis
carnalibus in potencia et diuitiis eorum in priti vita
veterascet et peribit omnino in infernum et a gloria eor
transibunt ad confusionem maximam et sempiternam

Mali isti habent veruntamen ego loquitur quilibet
iustus liberabor ab istis quia deus redimet animam meam
de potestate diaboli sub qua erant homines ante aduentum
xpi cum acceperit me de priti vita

Ergo sic mali peribunt et domini iustos redimit
alloquitur ipsa vnumquemque fidelem Homo ne timue
ris ut ceteris desistere a via veritatis cum videris
malos prosperari et florere in seculo quoniam non est
magnum qui diues factus est homo peccator et qui multiplicata
fuit gloria domus eius in parentibus et prole in honori
bus et possessionibus

Quoniam cum interierit non sumet secum aliquid de
hys que hic possidet cum eo in infernum gloria pritis vite
unde descendet sine gloria seculari sine turba satellitum sin
l'assumptione — ipsi pronie gratiarum nec descendet

tis aua ci